Digitale Westfälische Urkunden-Datei (DWUD) - http://www.dwud.de - a1061794

Beiheft
S 204 ff.

x) Nota: pro Stinen filia Delzen Wenynch Johannes de Holtwic restituit Mechildim filiam Elziken Heescelinc morantem in parrochia Rede anno Domini M°CCC°LIII ipso die circumcisionis eiusdem et super hiis littera habetur (=Regest Nr.360).

Forst.Karte VII 2

Item nota, quod Gerhardus dictus Stertbenssoene manumissus morans Bocholte pro se restituit Hermannum filium Gertrudis dicte Knippincges oriunde ex bonis Averbeke in parrochia Borcken sitis in reconcambium; presentibus in Vredene Gerhardo sculteto Nunnync, Gotfrido sculteto curtis Thescinc in Hoppincgen, Johanne et Lamberto filiis Henrici sculteti de Merste et Heynone Roderinc in presencia domini Johannis Vreselere et mei Rotcheri existentibus anno Domini M°CCC°XL octavo die sancti Thome apostoli.

Item nota, quod Gertrudis filia Sclipsus et Gertrudis thor Schoppen (textrix in Wullen) data ecclesie pro Beka filia Johannis Menscinc et Hasewigis filie Henrici Hasikenssone data fuit in advocaciam pro Johanne fratre Conradi thon Kote et ergo superius incorrecte de istis scripsi, ut patet in cedula officii Ware.

Vrendilike grote vorgh. Wet vrowe ver provestinne, dat wi Heyne van Langelo, Zalike van den Ahove ende sculte tho Myste hebt ghekoren ende kesen Johannes dochter thon Plekenpole to ener wederwesle als weder Gherdes dochter ton Bardinchove ende under seghele Heynen van Langelo vorgh. Istis interfuerunt Lambertus thon Nienhus, Thebe thor Kortbeke, Gerhardus Holiken.

Nota, quod Lumme, que pertinebat domino Ghyzelberto de Brunchorst redemit se ab ipso et dedit ea in reconcambium Aleydim Messinc pro se et contraxit matrimonium cum Johanne Elykinc et dedit se servam domine preposite ecclesie Vredenensis, presentibus Rotghero scolastico et Johanne Elikinc et Rodolpho de Hurde et Johanne de Berghe scolari et Johanne Hobinc et Wesselo Thescync anno Domini M°CCC°L° primo dominica post ascensionem eiusdem.

Item nota: pro Bernardo, filio Bernardi Crummen Lenscinc in officio Borken, Gerhardus de Bermetvelde restituit Hermannum filium Hermanni Boninc, morantem hic (!) Boninc, patre suo in Huppelo.

Item anno Domini M°CCC°L° primo in vigilia Barbare domina preposita manumisit et ego Rotgherus eius nomine manumissi Gerhardum filium Gerhardi Bruddinc receptum tytulo permutacionis pro Wennikene thor Dorennodarpe (?) ...ndam ex curte Rodde et deinde recepi eundem Gerhardum in ministerialem ecclesie Vredenensis, presentibus Rotghero et Johanne de Monte, Johanne Grutere patruo dicti Gerhardi, Heynone Roderinc, Everhardo thon Lohus et Goscalco Smedinch, et iuravit dictus Gerhardus domine preposite et sue ecclesie esse fidelis presentibus me et Rotghero et Johanne de Monte et Johanne Grutere predictis.

Item dixit mihi Rodolphus de Spoldere, quod pro Her[manno] Stemerinc nunc dicto thor Ventenhorst fuerunt ecclesie dati Ludolphus thor Hup et Jutta thor Watercampe et eius filia tunc infante et Ludolphus est ulterius datus Henrico Grande pro Stina uxore Willikini dicti Clapestachtinc et fuit dictus Hermannus frater Gerhardi Stemerinc x)

© LWL-Archivamt für Westfalen, Internet-Portal "Westfälische Geschichte" - LWL 03/2007